

- Fig. 4. Eine von einem fadenförmigen *Endophyten* affizierte *Triletes*-Zelle aus der Papierkohle von Tovarkowa.
- Fig. 5. Zelle aus dem Parenchym, deren Wandungen mit einer dünnen Lamelle fremdartiger Substanz überkrustet sind, an den äusseren Rändern dieser Lamellen entspringen kurze, kegelig-warzenförmige Vorsprünge ($\frac{470}{1}$).

Tafel XII.

- Fig. 1. Stückchen einer Lamelle der häufigsten durchlöcherten Form. Diam. der Löcher 1,5 mm., Abstand der Löcher 3—4 mm. (natürl. Grösse).
- Fig. 2. Stückchen des Parenchyms einer undurchlöcherten Lamelle mit sehr regelmässigem homogenem Zellengewebe ($\frac{220}{1}$).
- Fig. 3. Stückchen einer Lamelle mit gittermaschiger Anordnung (natürl. Grösse).
- Fig. 3a. Dasselbe 10fach vergrössert. Man ersieht in der Mittellinie der Substanz einen dunkleren axilen Strang, welcher einem Mittelnerv entspricht.
- Fig. 4. Röhriges Stückchen des Randes einer undurchlöcherten Lamelle. Man ersieht die Zelllage der unteren entgegengesetzten Seite.
- Fig. 5. Stückchen des Randes einer der gitterförmigen Oeffnungen der Form mit dichtgedrängten, in regelmässigen Reihen stehenden Oeffnungen in den Lamellen. Das Zellengewebe der Ränder einschichtig, gegen die Mittelachse der zwischen den Oeffnungen befindlichen Substanz zwei- und dreischichtig werdend und dickwandigere kleinere Zellen bildend ($\frac{220}{1}$).

Erlangen, 18. Juni 1883.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XVIII.

(Schluss.)

671. *Verrucaria sublaevata* Müll. Arg. Thallus persicinoalbidus v. demum argillaceo- v. subvirenti-albidus, tenuiter tartareus, continuus et laevigatus, demum hinc inde contractione rimuloso-ruptus, margine parce nigro-limitatus, subinde insulatim interruptus; gonidia globosa, diametro circ. 10—12 μ aequantia; apothecia $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{3}$ mm. lata, globosa, integre nigra, tantum ver-

tice mamillari nudo opaco prominentia, demum magis emergentia et vertice demum laticule umbonata; paraphyses quasi diffluentes; asci 8-spori; sporae hyalinae, simplices, suboblongato-ovoideae, 18—23 μ longae et 9—12 μ latae. — Prima fronte perfecte *Verrucariam laevalam* Ach. Lich. Univ. p. 284, Syn. p. 94, et Korb. Syst. p. 349 simulat, sed apothecia sunt magis v. diu fere omnino immersa, magis opaca et sporae longiores, ambitu latiores. — Ad saxa porphyrica prope Apiahy in Brasilia: Puiggari n. 1025.

672. *Willeya* Müll. Arg. gen. nov. Thallus crustaceus, gonidia Archilichenum vulgaris, globosa continens; apothecia angiocarpica, paraphyses diffluxae, gonidia hymenialia evoluta; sporae hyalinae, parenchymaticae. — A *Staurothele* differt sporis hyalinis, a *Polyblastia* autem nucleo gonidiis hymenialibus praedito. — Genus hucusque specie unica in America et sept. et merid. crescente compositum, in honorem clariss. Henr. Willey, auctoris operis List of North American Lichens et aliorum scriptor. lichenolog., qui summa liberalitate Lichenes sept.-american. mecum communicavit nominatum est.

673. *Willeya diffractella*; *Staurothele diffractella* Tuck. Gen. p. 258; *Verrucaria diffractella* Nyl. Pyrenoc. p. 33. In parte media et merid. Americae septentr., et (plane identica) ad saxa compacto-granitica prope Apiahy in Brasilia: Puiggari. — Gonidia diametro 7—10 μ aequantia, hymenialia globoso-angulosa 2½ μ lata.

674. *Endopyrenium crassulum* Müll. Arg. Thallus confertim crasse areolato-squamulosus, arcte adnatus, supra obscure olivaceo-cinerascens, madefactus obscure olivaceo-virens, squamulae ½—1 mm. latae et circ. ⅓ mm. crassae, convexae, irregulariter obtuse angulosae, haud arcte contiguae, laeves, circ. 3—6-carpicae; gonidia ampla, circ. 18 μ lata, globosa; apothecia immersa, apice nigro leviter prominentia, caeterum pallida, sphaerica, subaltiora quam lata; paraphyses nullae; asci oblongo-ovoidei, 8-spori; sporae 11—13 μ longae, 9—10 μ latae, subgloboso-ellipsoideae, hyalinae. — Nulli nisi *Endopyrenio crasso*, sc. *Endocarpocarpus crasso* Anzi Symb. n. 91, Exs. n. 487 simile, sed magis olivaceo-cinerascens, madefactum non fuscum et sporae multo minores, ambitu fere globosae. — Ad saxa calcaria planitie in regione genevensi inter Puplinge et Vandoeuvres: cl. Rome.

675. *Paracarpidium* Müll. Arg. gen. nov. Thallus horizontaliter microphyllinus, late arcte adnatus, subtus non rhizi-

nosus; gonidia globosa, vulgaria; apothecia angiocarpica, paraphyses indistinctae; gonidia hymenialia evoluta; sporae hyalinae, parenchymaticae. — Juxta *Endocarpiscum* et *Endocarpon* Hedw. locandum, hucusque species duas sequentes austro-americanas continens.

676. *Paracarpidium pallidulum*; *Verrucaria pallidula* Nyl. in Flora 1874 p. 73. — Gonidia hujus speciei parvula, diametro 7—8 μ aequantia. — Prope Tarapoto Peruviae: Spruce n. 196.

677. *Paracarpidium obscurum* Müll. Arg. Thalli squamulae 1—2 mm. latae, inciso-laciniatae aut -lobatae aut tantum anguloso-lobatae, rigidae, planae, arcte adnatae, olivaceo-fuscae v. demum magis obscuratae, subtus nigricantes; gonidia diametro 9—12 μ aequantia; apothecia globosa, integre atro-fusca, circ. dimidia parte immersa, parte emersa acutiuscula et paullo thalino-velata; nucleus ob copiam gonidiorum hymenialium subglobosarum et diametro $2\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}$ μ aequantium viridis; paraphyses diffluxae; asci oblongo-obovoidei, molles, 2-spori; sporae e rosello v. pallide cupreo hyalinae, 45—55 μ longae, 18—24 μ latae, demum crebre parenchymaticae. — Prima fronte formam minorem et tenuius divisam simulat *Endocarpisci Guepini*, sed thalli gonidia et sporae omnino recedunt. — Ad saxa quartzosa prope Apiahy in Brasilia: Puiggari.

678. *Strigula subtilissima* Müll. Arg., *Rhacoplaca subtilissima* Fée Ess. p. XCIX, t. 2, fig. 5. Hanc plantam jam antea in foliis coriaceis Papayrolae (Violar. arboresc.) in Guyana gallica lectis observari sed tantum statu spermogonifero juniore, nunc autem completam e Brasiliae regione bahiensi coram habeo, unde genus et species, per sexaginta circ. annos oblita, a cl. Fée l. c. incomplete tantum stabilita et in cl. Nylanderii Exposit. syn. Pyrenoc. ut tot et tanta alia simpliciter neglecta, sequenti modo exponi possunt: Genus ad amussim cum genere *Strigula* quadrat, thallo radiatim evoluto, crustaceo, margine effigurato et systemate gonidiali irregulariter phyllactideo et sporarum structura omnino convenientibus. — Species autem bene distincta est. Thallus orbicularis, e centro radiatim pluries dichotome radiigerus, lacinulae arctissime adnatae, $\frac{1}{40}$ — $\frac{1}{10}$ mm. latae, cuneatae, apice saepe retuso-emarginatae, ob margines obscuratos incrassatos concavae, orbillas primum sat regulares et densas, olivaceas, dein autem varie decoloratas formantes, nunc subcontiguas, nunc discretas, lacinulae posteriores saepe nonnihil imbricatim se tegentes et cohaerentes et thallum tum

clathratim interruptum formantes; systemati primum phyllactidio, dein magis irregulari haud raro adjuncta occurrunt gonidia globosa, viridia, moniliformi-juncta, pariete distincto praedita, diametro 9—11 μ aequantia; hyphema valde copiosum; apothecia cum spermogoniis dimidiata, hemisphaerica, nitidissima, illa multo rariora et $\frac{4}{10}$ mm. lata, haec autem (saepe cum apotheciis evolutis mixta) $\frac{1}{20}$ — $\frac{1}{10}$ mm. lata; nucleus hyalinus; paraphyses capillares, simplices et parcae, $\frac{2}{3}$ μ tantum crassae; asci lineares, 3 μ crassi, 8-spori; sporae in ascis apposite uniseriales, sat contiguae (unde asci fertiles primo intuitu sporas lineares multiseptatas simulant), hyalinae, 2-loculares, fusiformi-ovoideae v. ellipsoideae, 8—10 μ longae, $2\frac{1}{2}$ —3 μ latae. — Plantam Féeanam antillanam non vidi, sed specimina mea cum icone Fééana l. c. accurate quadrant. — In foliis Papayrolae in Guyana gallica, et in fol. Tabernaemontanae prope Bahiam (in spécim. Léo Du Pasquier).

679. *Strigula amblyoloba* Müll. Arg. Thallus ut in proxima *Str. subtilissima*, sed magis argillaceus, fere undique amorpho-confluens, margine tantum in lobos breves discretos lineares et rotundato-obtusos abiens; apothecia visa $\frac{1}{4}$ mm. lata, minus nitida, caeterum conformia (sporis destituta); spermogonia ut in illa exigua, spermatia anguste ellipsoideae, tantum $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ μ lata. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia: Puiggari n. 1266 pr. p.

680. *Bathelii* sect. *Phyllobathelium* Müll. Arg. Thalli systema gonidiale primum phyllactideum. — Species nota unica, epiphylla.

681. *Bathelium* (s. *Phyllobathelium*) *epiphyllum* Müll. Arg. Thallus latissime effusus, olivaceo-virens, continuus, laevigatus, primum quoad gonidia distincte phyllactideus; stromata $\frac{4}{10}$ — $\frac{6}{10}$ mm. lata, depresso-hemisphaerica, haud raro ambitu irregularia, cum thallo concolora, statu pycnidophoro circ. 5—12-carpica, i. e. nigro-5—12-punctata, stylosporae 22—28 μ longae et 5—6 μ latae, clavatae, subcurvulae, basin versus sensim attenuatae; apothecia evoluta in quoque stromate 2—3 v. saepius solitaria, ostiola distincta, late punctiformia et angulosa, atra, depressa; nucleus virens; paraphyses capillares, simplices; asci subangusti, 8-spori; sporae in ascis subbiseriales, hyalinae, 37—50 μ longae, circ. 17 μ latae, oblongo-ovoideae, e biloculari et mox 4-loculari modice irregulariter parenchymaticae. — In foliis Soroceae (nisi fallor) prope Apiahy in Brasilia: Puiggari.

682. *Opegraphae* sect. *Solenotheca* Müll. Arg. Apothecia in thallo immersa, late aperta, perithecium proprium in sectione semilunato-completum, undique tenue v. basi paullo crassius, undique fuscum. — Haec sectio nova eximie *Opegraphae* sectionem *Lecanactidem* cum sect. *Rotula* conjungens, perithecio etiam basi tenui a *Lecanactidibus* Auct. distinguitur et ad *Stigmatidii* s. *Enterographae* species accedit, at perithecio basi evoluto ab iis et a sect. *Rotula* simul differt. — Hujus loci est:

Opegrapha (s. *Solenotheca*) *polymorpha*; *Stigmatidium polymorphum* Müll. Arg. L. B. n. 114. In regione africana marocana.

683. *Opegraphae* sect. *Rotula* Müll. Arg.; *Strigulae* spec. Montg. Lich. Cub. (1838) et Syllog. p. 375; *Platygraphae* spec. Nyl. Enum. gén. p. 131, Leight. Lich. Amazon. p. 455, Stirton. Lich. on Leaves p. 5 et 6. Thalli phyllogeni systema gonidiale phylactideum (ut in *Opegrapha filicina*, vid. icon. pulchram in cl. Bornetii oper. Gonid. t. 9, fig. 3); apothecia in thallo immersa, late aperta, perithecium proprium lateraliter tantum evolutum, fuscum, subtus deficiens, extus thallo adscendente et demum lacinulatim v. lobulato-secedente spurie thallino-marginatum. — Paraphyses intricatim connexae et structura sporarum cum reliquis sectionibus conveniunt.

* Sporae 4-loculares.

684. *Opegrapha* (s. *Rotula*) *melanophthalma* Müll. Arg. Thallus tenuis, virens, laevis v. minute albido- v. pallido-granulosus, demum desquamescens; apothecia truncato-hemisphaerica, margine thallino spurio tumidula, intus crenato-angulosa; discus circ. $\frac{3-4}{10}$ mm. latus, niger, orbicularis, sed margine spurio irregulariter detegendo-rêtracto angulosus apparens; epithecium fuscidulum, lamina hyalina, hypothecium tenue fuscidulum; sporae in ascis elongato-obovoideis octonae, hyalinae, 16—20 μ longae, 5—6 $\frac{1}{2}$ μ latae. — Similis *Op. rotulae*, sed sporae evolutae ambitu multo latiores (ut in *Opegrapha varia* aut crassiores), oblongato-ovoideae et tantum 4-loculares. — In foliis *Trichiliae quadripetalae* prope Rio de Janeiro et in foliis coriaceis in Madagascaria.

685. *Opegrapha* (s. *Rotula*) *radians* Müll. Arg.; *Platygrapha rotula* f. *centrifuga* Leight. Lich. Amazon. n. 199. Thallus irregulariter suborbicularis, tenuis et exiguus v. demum confluentimajusculus, flavescenti-viridis aut -virens, radiatim costulis prominentibus linearibus concoloribus percursus, caeterum non granuligerus; apothecia thallo obsolete adscendente marginata,

deplanata, late truncato-aperta, $\frac{1}{4}$ mm. lata, pallescenti-nigra et nuda; hypothecium tenue, fuscum; sporae octonae, 4-loculares, 20 μ longae et $4\frac{1}{2}$ μ latae, cellula penultima altera reliquis paullo crassior. — Ab *Op. rotula* separanda thallo radiatim costato, sporis multo brevioribus 4-ocularibus. — Foliicola in Brasilia variis locis, ad Rio Janeiro, ad Apiahy, in regione amazonica et dein in insula Cuba lecta est.

** Sporae evolutae 6—8-loculares.

686. *Opegrapha* (s. *Rotula*) *rotula*; *Platygrapha rotula* Nyl. Enum. gen. p. 131, Leight. Lich. Amazon. p. 455. -- In foliis plus minusve coriaceis Americae calidioris vulgaris est. Habeo multoties lectam e Brasilia et e Guyana gallica.

— v. *sublaevis*; thallus omnino v. fere omnino granulis flavo-albidis v. demum albidis destitutus. — Cum planta normali speciei prope Apiahy: Puiggari, in regione amazonica prope Santarem: Spruce n. 420 (pr. p.), ad Ocannam in foliis Asplenii (in Schlimii n. 771) et in insula Cuba in foliis Acrostichi (in Lindenii n. 2158).

687. *Opegraphae* sect. *Phyllographa* Müll. Arg. Apothecia nuda, lirelliformia, perithecium nigrum, hiascenti-aperiens, laterale, basi deficiens. Thalli systema gonidiale ex initio phylloidalium demum intricatim cellulolum. — Omnes in foliis crescunt. — Hujus loci sunt:

Opegrapha (s. *Phyllographa*) *phyllobia* Nyl. in Flora 1874 p. 73, in regione amazonica (specim. Sprucean.).

Opegrapha (s. *Phyllographa*) *filicina* Montg. Cub. p. 184 c. icone, in Antillis, ad Caracas: Dr. Ernst, in Brasilia prope Bahiam: Salzmänn, et prope Apiahy pluries: Puiggari.

— v. *brevis*; apothecia subconformia (nec alia brevia aliaque gracili-elongata), omnia tantum 2—3-plo longiora quam lata. — In foliis Psychotriae terminalis et Ps. subspathaceae prope Rio de Janeiro.

Opegrapha (s. *Phyllographa*) *Puiggarii* Müll. Arg. L. B. n. 159, in Brasilia meridionali ad Apiahy: Puiggari.

688. *Opegrapha herpetica* v. *stellaris* Müll. Arg. Thallus lurido-fuscus v. -fuscens apparens, hypophloeodes; lirellae parvulae, graciliter stellares, immersae, hinc inde obsolete marginatae v. fere omnes immarginatae, siccae vix nisi rimula angusta inter labia epidermidis subemergentes, madefactae magis distinctae at angustae, planae, circumcirca madore quasi nigrantes; asci et sporae speciei. — Lirellae tenuiores quam in v. *astroidea*,

non emersae ut in v. *rufescente*, nec concavae ut in v. *elegante* Leight. — Ad corticem Coryli circa Vilette prope Genevam: cl. Rome.

689. *Opegrapha exaltata*, conf. ad L. B. n. 441, eadem est ac *Phaeographis exaltata* Müll. Arg. L. B. n. 455, quod corrigat benevol. lector. Sporarum loculi quoad formam secundum gradum evolutionis valde ludunt, demum statu consenescente illos subinde referunt sporarum *Opegraphae*, in statu evidenter normali autem sunt *Phaeographidis*. Affinitas speciei caeterum in sect. *Melanobasi* nullomodo dubia est.

690. *Melanographa* (s. *Hemigrapha*) *tenellula* Müll. Arg. Lirellae (parasiticae) nigrae, $\frac{1}{10}$ mm. latae, graciles, demum multoties longiores quam latae, nonnihil stellatim divisae v. furcatae, in sectione transversali late conicae, perithecii dimidiati labia subconniventia, nuda v. inferne thallino-vestita, epithecium subplanum demum nonnihil apertum et concolor; lamina hyalina; sporae in ascis obovoideis apice modice pachydermeis octonae, e hyalino dein fuscae, 7—10 μ longae et $2\frac{1}{2}$ —4 μ latae, 2-loculares, medio paullo constrictae, subdistincte soleaeformes, locus superior paullo brevior et latior. — Proxima est caracteribus *Melanographae asterisco* australiensi, sed dissimilis, extus satis *Opegrapham phyllobiam* Nyl. (e regione amazonica) simulat. — In thallo *Porinae epiphyllae* prope Apiahy in Brasilia: Puiggari, et in foliis Tabernaemontanae prope Bahiam (saltem similis, sed sporae non omnino evolutae), nec non in thallo *Porinae insperatae* prope Malacca.

691. *Arthonia nebulosa* Müll. Arg.; *Platygrapha nebulosa* Stirt. Lich. on Leaves p. 6 (non *Arthothelium nebulosum* Müll. Arg. L. B. n. 221.). Lichen insignis nuperius etiam prope Apiahy ab oculatissimo Puiggari observatus est revera *Arthoniae* nec *Platygraphae* species, perithecio absolute carens, nec thallino (ut in *Platygraphide*), nec proprio (ut in *Opegraphae* sect. *Rotula*) praeditus; apothecia $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{3}$ mm. lata, sed hinc inde 2—3 plus minusve complete confluent et tum apothecia duplo triplove majora simulant, omnia quasi corona lata depressa albida flocculoso-byssina cincta sunt. Sporae in ascis pro genere angustis demum 14—16 μ longae et 4-locularia v. demum 5-locularia evadunt. Lamina ipsa horizontaliter quasi effusa et suo hypothecio nigro-fusco multo latior est. Prima fronte *Opegrapham rotulam* simulat. Juxta *Arthoniam cyaneam* Müll. Arg. L. B. n. 303 locanda est.

692. *Rhaphiospora aurata* Müll. Arg.; *Platygrapha aurata* Krphl.

Lich. Glaz. p. 71. n. 281, quae e specim. cl. Glaz. n. 5552, cum diagnosi bene quadrante, nec structuram thalli nec apotheciorum *Platygraphae* offert. Gonidia in gelatina subhyalina conglomerata sunt et cum reliquis characteribus carpologicis plantam ad *Rhaphiosporam* Th. Fries relegare cogunt. — Prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 5552.

693. *Patellaria* (s. *Biatorina*) *cyrtella* Müll. Arg. Lich. Genev. p. 57. v. *alnicaria*; *Lecidea cyrtella* f. *alnicaria* Nyl. Lappon. p. 152. — Hic etiam referenda est *Biatorina heterobaphia* Anzi Cat. p. 73, saltem pr. p., quoad specim. Anzian., in cortice Mughorum, a planta normali speciei in eo recedens, quod apothecia paullo majora, plana v. planiuscula et pallida, demum saepe leviter rufescentia; cl. Nyland. l. c. tamen vidit apothecia rufescentia et plantam ad formam genuinam speciei retulit. Specimen mughicolium perfecte cum alnicolo (*Heppiano*, in Maderanerthal lecto, sc. cum *Biatora rugulosa* Hepp Fl. Europ. n. 742) quadrat et dein a fagicolis, a me ipso in monte Salève et a cl. Rome in montibus Voironis lectis nullo modo nec extus nec intus distinguendum est. Varietas late distributa est.

— — v. *albidula* Müll. Arg., thallus evanescenti-glebulosus; apothecia $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$ mm. lata, novella albidula (illa *Lecanorae angulosae*, sed longe tenuius marginata simulantia), dein virenti-pallida, nonnihil albedo-pruinosa, demum nuda et pallide livido-fuscescentia, margo crenulatus, demum indistinctus, discus semper planus v. subplanus; lamina undique hyalina, paraphyses conglutinatae; sporae octonae, 8—10 μ longae, $3\frac{1}{2}$ —4 μ latae, rectae. — Prima fronte speciem distinctam simulat. — Ad truncos annosos Pyri Mali prope Cologny in territorio genevensi a cl. Rome lecta.

694. *Patellaria* (s. *Scoliciosporum*) *corticola* [*Scoliciosporum corticolum* Arn. in Flora 1871. p. 51] β *xylophilum* Müll. Arg. Thallus primum granulosus, obscure viridis, dein soredioso-efforescens, scobiculoso-furfuraceus, validiusculus, madefactus laete viridis v. flavescenti-viridis; apothecia $\frac{2}{10}$ mm. lata, sparsa et conferta, immarginata, convexa, translucencia, obscure pallida v. obscure fusco-pallida, sicca rufo-pallida et fusca, subnitida, nuda; lamina circ. 50 μ alta, undique hyalina v. epithecium leviter fuscenscens; paraphyses sat conglutinatae; asci clavato-obovoidei, apice valde pachydermei, 8-spori; sporae in ascis spiraliter contortae, circ. 35 μ longae et superne $2\frac{1}{2}$ —3 μ latae, basin versus sensim angustatae, 5-septatae. — *Lecidea Romeana*

Stitzenb. Lich. Helvet. p. 170. — Ad ligna abietina lente putrescentia in montibus Voirons Sabaudiae prope Genevam (cl. Rome) ubi in cortice Pini sylvestris etiam plantam normalem speciei ipse legi.

695. *Dichonema phyllogenum* Müll. Arg. Thalli intense coeruleo-viridis filamenta densissime adnato-caespitosa, adpressa, minuta, subparallela, plagulas tenuissimas continuas margine minutissime adpresso-radiantes caeterum ambitu obtuse sublobatas v. repandas formantia, fasciculatim coadunata, diametro circ. 15 μ aequantia, margine subcrenulata apparentia, cellulae interiores intense coloratae, paullo latiores quam longae. Apothecia ignota. — Structura cum reliquis speciebus bene quadrat at habitus bene distinctus. Plagulae circ. $\frac{1}{2}$ cm. latae, saepe plures confluentes. — In foliis Anonaceae cujusdam in insula Borneo (in Beccarii n. 1624) et ibidem in folio Sapotaceae (in Beccarii n. 1892).

696. *Ocellulariae* sect. *Phyllophtharmaria* Müll. Arg. Thalli systema gonidiale phyllactideum; discus apotheciorum niger.

697. *Ocellularia* (s. *Phyllophtharmaria*) *Zamiae* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, laevigatus, pallide olivaceus, demum desquamescendo-evanescens; systema gonidiale irregulariter phyllactideum; apothecia $\frac{1}{4}$ mm. lata, saepe geminatim aut ternatim confluentia, conico-hemisphaerica, extus thallina sed thallo discolora, magis cupreolo-pallida, apice angusto anguloso-aperientia, discus exiguus, niger; perithecium nigro-fuscum, hypothecium et epithecium fusca; lamina hyalina, paraphyses tenellae et simplices; asci altitudine laminae 2—3-plo breviores, sc. parte sporophora circ. 40 μ longi et 6—7 μ lati, 8-sporei; sporae in ascis biseriales, hyalinae, 4-loculares, 10—13 μ longae, $2\frac{1}{2}$ —3 μ latae, anguste fusiformi-ellipsoideae. — Junior primo intuitu similitudinem quandam offert cum *Porina epiphylla*, sed apothecia demum nigro-oculata et lamini nec nucleigera sunt. — In foliis *Zamiae* in Mexico: in Galeottii n. 6216.

698. *Ocellulariae* sect. *Chroodiscus* Müll. Arg. Thalli systema gonidiale phyllactideum; discus apotheciorum pallidus, v. varie coloratus.

699. *Ocellularia* (s. *Chroodiscus*) *argillacea* Müll. Arg. Thallus argillaceo-pallidus aut virenti-argillaceus, tenuissimus, laevis, demum quasi globulis adplanatis et confluentibus effusis inaequalis v. subgranulosus, hinc inde interruptus; systema gonidiale laxe phyllactideum; apothecia $\frac{2}{5}$ — $\frac{1}{2}$ mm. lata, margine

thallino stellatim paucilobulato et recurvato emergentia, discus planus, urceolari-depressus, argillaceo-fuscescens, madefactus pallidior et tumens; margines proprii utrinque olivaceo-fusci; hypothecium subhyalinum, basi olivaceo-fuscescens, lamina et epithecium virenti-subhyalina; paraphyses separabiles, capillares, apice paullo crassiores; asci angusti, 4—8-spori; sporae 10—12 μ longae, $3\frac{1}{2}$ —4 μ latae, digitiformi-obovoideae (hyalinae), 3-septatae. — Affinis *O. coccineae*. — Crescit foliicola in insula Borneo in quadam Rubiaceae (in Beccarii n. 687).

— — v. *radians* Müll. Arg., thallus demum radiatim interrupte dendritico-effusus et demum subdealbatus. — Ibidem in foliis Palmarum (in Beccarii n. 3647).

700. *Ocellularia* (s. *Chroodiscus*) *coccinea* Müll. Arg.; *Platygrapha coccinea* Leight. Lich. Amazon. p. 456, quae in sectione verticali marginem proprium obscure coccineum basi subatenuatum superne autem a thallo stellatim aperiente coronatum et paraphyses simplices nec intricatim ramosas offert nullo modo *Platygraphae* species est sed *Ocellulariae* adscribenda est. Thallus systema gonidiale phyllactideum offert, dein crassior evadit demumque varie secedit. Discus urceolari-depressus. Perithecium utrinque obscure coccineum, basi pallidius; lamina 65 μ alta, basi et in epithecio coccinea, tenuissime secta caeterum hyalina; paraphyses valide capillares; asci oblongo-obovoidei, 32 μ longi et 8 μ lati, 8-spori; sporae 9—12 μ longae, 3 μ latae, elongato-ellipsoideae, utrinque obtusae, 3-septatae. — Species eximie pulchella, disco coccineo insignita. — Foliicola crescit in regione amazonica (Spruce n. 466 pr. p.), et ibidem in foliis *Psychotriae*, ad Rio Negro in *Acrostichis* (in Sprucei n. 2309), nec non in insula Guadeloupe in *Anthrophoro* e collect. Funk & Schlim.

701. *Lecanora Flageyana* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, late effusus, subcaerulescenti-cinereus, laevigatus, margine saepe zona paullo albiore argentea laevissima hypothallina cinctus; gonidia globosa, normalia, vulgo 7—10 μ diametro aequantia; apothecia $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{5}$ mm. lata v. distinctius thalldice marginata $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{3}$ mm. lata, quasi in prominentia thallina nunc distinctiore nunc omnino depresso-obsolete sita; margo thalldes pro minutie crassiusculus et subinteger, saepe adeo depressus ut discus junior, qui pallido-fuscescens et dein olivaceo-nigrescens, nudus, non e thallo emersus appareat, apothecia tum deplanata et ipso thallo marginata, subconcaeva, aspicilioidea et nuda, made-

facta tamen distinctius marginata; margo copiose gonidiigerus; lamina hyalina, epithecium olivaceo-fuscescens, paraphyses sat cohaerentes et parciusculae, $2\ \mu$ crassae; asci clavato-obovoides, 8-sporei; sporae (hyalinae et simplices) ellipsoideae et ovoideae, $10-14\ \mu$ longae, $6-7\frac{1}{2}\ \mu$ latae. — Apotheciis exiguis demum valde deplanatis et sublecidinis nigricantibus in serie *Lecanorae subfuscae* distincta et juxta *Lecanoram persimilem* Th. Fries locanda est. — Ad truncos *Carpini* prope Montferrand (Doubs) Galliae legit egreg. et oculatiss. C. Flagey.

702. *Coccocarpia tenuissima* Müll. Arg. Thallus orbicularis, $\frac{1}{2}-1\frac{1}{2}$ cm. latus, tenuissime lineari-divisus, laciniae laxae discretae, irregulariter dichotomae, tantum $\frac{3-4}{20}$ mm. latae, undique aequaliter angustae, laxae adnatae, e prasino coerulescenti-virides, subtus albae et fixuris magnis parum numerosis pallidis quasi pinnatim subhorizontaliter insertis auctae, unde laciniae rigide hispidulae apparent; fixurae compositae, cylindricae, superne inciso-divisae et penicillatim solutae, hyalinae et inferne (versus thallum) pro parte subcoeruleo-tinctae; gonidia glomerulosa, e prasino coerulescentia. Apothecia ignota. — Juxta *C. epiphyllam* Krph. Lich. Becc p. 13 locanda, pulchre distincta. — Foliicola (in foliis *Licaniae*, in Schomburgkii n. 463) in Guyana anglica secus flumen Berbice.

703 *Stictina Lechleri* Müll. Arg., *Sticta carpoloma* v. *latifolia* Krph. Exot. Lich. p. 316 (*Stictina carpoloma* v. *accedens* ad *St. gilvam* Nyl. Syn. p. 340). Thallus late lobatus, supra fuscescens et undique valide alveolato-inaequalis, subtus albus et undique dense albido- v. griseo-tomentosus, pseudocyphellae punctiformes, prominentes; laciniae ambitu latae, subovatae, grosse crenato-dentatae, intus albae; apothecia sparsa, sat copiosa, $1\frac{1}{2}-2$ mm. lata, sessilia, basi coarctata, dorso hirtella et verruculosa, margo crenulatus; sporae late fusiformes, fuscae, 2-loculares, circ. $22-25\ \mu$ longae et $6-7\ \mu$ latae. — Thallus ut in *St. crocata*, sed intus non flavus, non sorediigerus, latius lobatus et subtus aliter coloratus. Apothecia ut in comparata specie, nec ut in *St. carpolomate*. — Corticola ad Fretum magellanicum: Lechler n. 1008.

A *Stictina crocata* f. *esorediosa* Müll. Arg. (hic *Stictina gilva* Auct. ex maxima parte referenda est), ubi lobi subinde etiam ampliati occurrunt (quales e Nova Hollandia coram habeo), etiam sterilis colore paginae inferae undique alba sub tomento albido distinguitur. Vera *Stictina gilva* rara videtur, hucusque enim nonnisi e Capite Bonae Spei et ex insulis Maclovianis (ut jam ante Del.) habui et thallo laevi v. sublaevi, nitidulo et lobis oblongatis discernitur.

704. *Sphaerophoron globiferum* DC. v. *gracile* Müll. Arg., rami quam in planta genuina subduplo tenuiores, cum ramillis modice numerosis pallidi, virescentes, ultimi vulgo albicantes. — Ad basin truncorum abietinorum in Americae sept. monte Grand Manan: cl. Willey, et in arboribus insulae californicae Guadeloupe: Dr. Edw. Palmer (a cl. Willey benevole commun.).

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1883

Band/Volume: [66](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 344-354](#)